Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Romana ciuitas ignorans suę pro
uectionis auctorem cui pene omnibus
dominaretur gentib. omnium gentium
seruiebat erroribus. et magnam sibi
iudebat suscepisse religionem qua
nullam respuerat falsitatem. Vn
de quantum erat p diabolum tenatus
illigata. tanto p xpm est mirabilius
absoluta. ℟. Solue iubente deo terrarum
Petre catenas qui facis ut pa-tant celes
tia regna beatis. ℣. Quodcumq; l. Qui faci.
Cum duodecim apli p spm sem omni
um linguarum locutione imbuendum
euangelio mundum distributis terrarum
partibus suscepissent beatissimum Petrus
princeps apostolici ordinis ad arcem ro
mani destinat imperii. ut lux uerita
tis. quę in omnium gentium reuelabat
salutem. efficatius se ab ipso capite p
totum mundi corp diffunderet.
℟. Tu es pastor ouium princeps apostolorum tibi
tradidit ds omnia regna mundi et ideo
tradite sunt tibi claues regni celorum.
Quodcumq; l. Video. Ad Cant. Tu es
pastor ouium princeps apostolorum tibi
tradite sunt claues regni celorum.
In illo tempore. Secō Matthm.
Venit ihc in partes cesareę
phylippi. et interrogabat dis
cipulos suos dicens. Quem
dicunt homines esse filium hominis. ℟.
Lectio Omel. v. Bede prbi.
sci euangelii qm modo fratres audistis.
tanto intentius cogitanda. et sine ob
liuione est nugis retinenda. quanto con
stat quia magnam nobis fidei perfectio
nem commendat. magnum eiusdem per
fecte fidei contra omnia temptamenta
robur eque demonstrat. ℟. Quem di
cunt homines esse filium hominis.
dixit ihc discipulis suis. respondens Petrus
dixit tu es xpc filius dei uiui et ego dico
tibi quia tu es Petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam. ℣. Beatus es
symon Petre quia caro et sanguis non re
uelauit tibi sed pater meus qui est in celis.
Ergo. Si scire uolumus quomodo in
xpm credi oporteat. quid lucidius
eo qd ait ad eum Petrus. tu es xpc
filius dei uiui. Rursus si audire delec
tat quantum hęc fides ualeat. quid a
perius eo qd ait dns de eccla. quę su
per eum edificanda erat. et porte in
feri non pualebunt aduersus eam.
Sed hęc suis in locis plenius exponent.
℟. Qui regni claues et curam tradidit omni
us qui celi terrę q; Petro commisit habe
nas ut reseret clausis et soluat uinela
ligatis. ℣. Ipse tibi Petre uissit tua uin
cula solui qui te constituit mundanos sol
uere nexus. Vt reseret. Non quasi
nescienti sententiam de se uel discipu
lorum uel extraneorum dns inquirit. sed
ideo discipulos quid de se sentiant int
rogat ut confessione recte fidei illorum
digna mercede remuneret. Nam sic